Early Journal Content on JSTOR, Free to Anyone in the World

This article is one of nearly 500,000 scholarly works digitized and made freely available to everyone in the world by JSTOR.

Known as the Early Journal Content, this set of works include research articles, news, letters, and other writings published in more than 200 of the oldest leading academic journals. The works date from the mid-seventeenth to the early twentieth centuries.

We encourage people to read and share the Early Journal Content openly and to tell others that this resource exists. People may post this content online or redistribute in any way for non-commercial purposes.

Read more about Early Journal Content at http://about.jstor.org/participate-jstor/individuals/early-journal-content.

JSTOR is a digital library of academic journals, books, and primary source objects. JSTOR helps people discover, use, and build upon a wide range of content through a powerful research and teaching platform, and preserves this content for future generations. JSTOR is part of ITHAKA, a not-for-profit organization that also includes Ithaka S+R and Portico. For more information about JSTOR, please contact support@jstor.org.

wol. ghestalt so kan mir | vur baz nicht betoren. der sne noch winterlich | ghetwanc wie sie sich gen mich stellet die vil here | In der sulben lere ist alles daz gen mir ghe var | was meyen winter ie gebar.

II

Ich han die minne vnd ouch der werlde kraft ge | weghen. Nu dunket mich daz ich en mach ir bey | der keyne wiz enpern. doch weiz ich daz we lich | vnder in zwein mer werdin hat. liep vnd lust | der minnen. amtes musen pleghen die wirken alles | daz der tac erluchtet alle dinc begern gheminnert | vnd ghemeret sin nach minnen rat. wurm voghel | visch tier wurtz und krut. sten vnd holtz die ha | ben ir gir sust minne ez alles wircken kan sich werlt des wis ir vndertan.

VOM ANTICHRIST.

Im sechsten bande dieser zeitschrift s. 369 *ff. ist ein deutsches gedicht über den Antichrist mitgetheilt dessen lateinische quelle noch unbekannt zu sein scheint. ich fand in der handschrift H.* 86 *der stadtbibliothek zu Metz eine kurze zusammenstellung der gangbaren vorstellungen vom Antichrist, die zu anfang des elften jahrhunderts von einem gewissen Albwinus auf veranlafsung des Kölner erzbischofs Heribert* (999 *bis* 1021) *verfafst und diesem gewidmet wurde. wer jener Albwinus gewesen habe ich nicht ermitteln können; in urkunden Heriberts und in seinem leben kommt er nicht vor. dieser lateinischen schrift schliefst sich das deutsche gedicht im ganzen enge an; einzelne partien führt sie weiter aus und bricht kurz vor dem schlufse ab. die handschrift ist die nämliche in der Mone auf dem vorsetzblatte irische glossen entdeckte. die schrift über den Antichrist findet sich, von einer hand des zwölften jahrhunderts, blatt* 130^{b} *bis* 133^{a}.

BONN. Dr. FLOSS.

DE ANTICRISTO QUOMODO NASCI DEBEAT.

Heriberto Coloniensi episcopo. Albwinus suorum omnium seruorum ultimus. gratiam et pacem sempiternam. Ex quo domine

pater misericordię vestrę gratiam promerui. semper uobis in omnibus fidelis fui. Vnde quamuis sint indignę apud deum preces meę orationis. tamen pro uobis semper dei misericordiam exoro. ut uos faciat post hanc vitam feliciter regnare.

Igitur quia pium studium habetis. uobiscum scripturas audire et frequenter loqui de nostro redemptore. siue etiam scire de anticristi impietate et persecutione. nec non et potestate eius et generatione. sicut mihi seruo uestro dignati estis precipere. uolui uobis aliqua scribere de anticristo. et ex parte certos reddere. quamuis non indigeatis a me hoc audire. quia apud uos habetis satis prudentissimos uiros. et ualde necessarios nostro tempore. Ergo de anticristo scire uolentes. primo notabitis quare sic uocatus sit. Ideo scilicet quia Cristo in cunctis contrarius erit. et Cristo contraria faciet. Cristus venit humilis. ille uenturus est superbus. Cristus humiles venit erigere. peccatores iustificare. ille humiles deiciet. peccatores magnificabit. impios exaltabit. et semper uitia quę sunt uirtutibus contraria docebit. legem euangelicam dissipabit. demonum culturam in mundo reuocabit. gloriam propriam querat. et omnipotentem se nominabit.

Hic igitur anticristus sue malignitatis multos habebit ministros. Ex quibus iam in mundo multi precesserunt. Antiochus. Domicianus. Nero. Nunc quoque nostro tempore anticristos multos esse nouimus. Quicunque laicus siue canonicus siue monachus contra iusticiam viuit. et ordinis sui regulam impugnat. et quod bonum est blasphemat. anticristus est. minister Satanę.

Sed iam de exordio anticristi uideamus. Non autem quod dico ex proprio sensu fingo uel excogito. in libris diligenter relegendo hęc inuenio. sicut ergo auctores nostri dicunt. anticristus ex populo Iudeorum nascetur. de tribu scilicet Dan secundum prophetam dicentem. Fiat Dan coluber in uia. cerastes in semita. Sicut enim serpens in uia sedebit et in semita erit. ut eos qui per semitas iusticię ambulant. feriat. et ueneno suę malitię occidat.

Nascetur autem ex copulatione patris et matris sicut alii homines. non ut aliqui dicunt de sola uirgine. sed tamen totus in peccato concipitur (*l.* concipietur). in peccato generabitur. et in peccato nascitur (*l.* nascetur). In ipso autem conceptionis suę initio diabolus simul introibit in uterum matris eius. et ex uirtute diaboli confouebitur et contutabitur in uentre matris. et uirtus diaboli semper cum illo erit. Et sicut in matrem domini nostri Iesu Cristi spiritus

sanctus uenit. et eam sua uirtute obumbravit. et diuinitate repleuit. ut de spiritu sancto conciperet. et quod nasceretur diuinum esset et sanctum. ita quoque diabolus in matrem antichristi descendet. et totam eam replebit. totam circumdabit. totam tenebit. totam interius et exterius possidebit. ut diabolo per hominem cooperante concipiat. et quod natum fuerit totum sit iniquum. totum malum. totum perditum. Vnde et ille homo filius perditionis appellatur. quia in quantum poterit. genus humanum perdet. et ipse in novissimo perdetur.

Ecce audistis qualiter nascetur. audite etiam locum ubi nasci debeat. Nam sicut dominus ac redemptor noster Bethlehem sibi preuidit. ut ibi pro nobis humanitatem assumere et nasci dignaretur. sic diabolus illi homini perdito qui antichristus dicitur. locum nouit aptum unde radix omnium malorum oriri debeat. scilicet ciuitatem Babilonię. In hac enim civitate quę quondam fuit inclita et gloriosa urbs gentilium et caput regni Persarum. antichristus nascetur. et in civitatibus Bethsayda et Corozaim nutriri et conversari dicitur. Quibus ciuitatibus dominus in Euangelio improperat dicens. Vę tibi Bethsayda. uę tibi Corozaim. Habebit autem antichristus magos. maleficos. diuinos. et incantatores. qui eum diabolo inspirante nutrient. et docebit in omni iniquitate. falsitate et nefaria arte. et maligni spiritus erunt duces eius et socii semper et comites indiuisi.

Deinde Hierosolimam ueniens omnes cristianos quos ad se conuertere non poterit. per uaria tormenta iugulabit. et sedem suam in templo sancto parabit. Templum etiam destructum quod Salomon deo edificabit (*l.* edificavit). in statu suo restaurabit. et circumcidet se. et filium dei omnipotentis se esse mentitur (*l.* mentietur). Reges autem et principes primum ad se conuertet. deinde per illos ceteros populos. Loca vero per quę Cristus dominus ambulavit. prius destruet. et que dominus illustrauit. Deinde per uniuersum orbem nuncios mittet. et predicatores suos. Predicatio eius et potestas eius tenebitur a mari usque ad mare. ab oriente usque ad occidentem. ab aquilone usque ad septentrionem. Faciet quoque signa multa. magna miracula et inaudita. arbores subito florere. et arescere. mare turbari. et subito tranquillari. naturas in diversas figuras mutari. aquarum cursus et ordinem converti. agitari aera uentis. et multimodis conmotibus. et cętera innumerabilia et stupenda. mortuos in conspectu hominum suscitari. ita ut in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Nam quando talia ac tanta signa uident.

etiam illi qui perfecti et electi dei sunt. dubitant utrum ipse sit Cristus qui in fine mundi secundum scripturam uenturus est an non. Hec omnia autem miracula omnibus modis per incantationes diabolicas falsa erunt. sed peccatoribus et incredulis uidebuntur esse uera.

Excitabit uero persecutionem sub omni celo super omnes cristianos et omnes electos. Eriget itaque se contra fideles tribus modis. terrore. muneribus et miraculis. Dabit credentibus in se quasi abundantiam auri et argenti. Quos uero non potuerit decipere muneribus. superabit terrore. Quos per terrorem non poterit uincere. signis et miraculis temptabit seducere. Quos autem nec signis poterit illudere. in conspectu omnium miserabili morte temptabit necare. Tunc erit talis tribulatio. qualis non fuit ex eo tempore quo gentes esse ceperunt. usque ad tempus illud.

Tunc qui in agro sunt fugiant in montes. et qui super tectum non descendat in domum ut tollat aliquid de ea. Tunc omnis fidelis cristianus qui inuentus fuerit. aut deum negabit. aut per ferrum siue per ignem fornacis. siue per serpentes. siue per bestias. siue per aliud quodlibet genus tormenti interibit. si in fide permanserit. Hec autem tam terribilis et timenda tribulatio tribus annis manebit et dimidio in toto mundo. Tunc breuiabuntur dies propter electos. Et nisi dominus breuiasset dies. non fuisset salua omnis caro.

Tempus siquidem quando anticristus ueniet. uel quando dies apparere incipiet. Paulus apostolus in epistola ad Thessalonicenses (2 *Thess.* 2) Rogamus uos per aduentum domini nostri Iesu Cristi. manifestat in illo loco ubi ait. Quoniam non uenerit discessio primum et reuelatus fuerit homo peccati. filius perditionis. scimus enim quoniam post regnum Grecorum. siue etiam post regnum Persarum. ex quibus quodque suo tempore magna gloria uiguit. et maxima potentia floruit. ad ultimum quoque regnum Romanorum post cetera regna cepit. quod fortissimum omnium superiorum regnorum fuit. et omnia regna terrarum sub dominatione sua habuit. omnesque populorum nationes Romanis subiacebant. et seruiebant eius sub tributo. Inde ergo dicit Paulus apostolus. anticristum non antea in mundum esse uenturum. nisi discesserint omnia regna a Romano imperio. que ei subdita erant. Hoc autem tempus nondum aduenit. quia licet uideamus Romanum imperium ex maxima parte destructum. tamen quamdiu reges Francorum durauerint. qui Romanorum imperium tenere debent. Romani regni dignitas ex toto

non peribit. quia in regibus suis stabit. Quidam uero doctores nostri dicunt. quod unus ex regibus Francorum Romanum imperium ex integro tenebit. qui in nouissimo tempore erit. et ipse erit maximus et omnium regum ultimus. Qui postquam regnum suum feliciter gubernauerit. ad ultimum ueniet Hierosolimam. et in monte Oliueti sceptrum et coronam suam deponet. Hic erit finis et consummatio Romanorum Cristianorumque imperii. Statimque secundum predictam sententiam apostoli Pauli anticristum dicunt affuturum. et tunc reuelabitur homo peccati. anticristus uidelicet. qui licet homo sit. fons tamen erit omnium peccatorum et filius perditionis. hoc est filius diaboli non per naturam sed per imitationem. quia per omnia adimplebit diaboli uoluntatem. quia plenitudo diabolicę potestatis et tocius mali ingenii corporaliter habitat in illo. in quo erunt omnes thesauri malitię et iniquitatis absconditi. qui aduersatur id est contrarius est Cristo. omnibusque membris eius. et extollitur id est in superbia erigitur supra omne quod dicitur deus. id est super omnes deos gentium. Apollinem. Iouem. Mercurium. quos pagani deos existimant. Supra omnes istos deos extollitur anticristus. quia maiorem et fortiorem se faciet omnibus illis. Et non solum supra illos. sed et supra omne quod colitur. id est supra sanctam trinitatem quę solummodo colenda et adoranda est ab omni creatura ita se extollet. ut in templo dei sedeat ostendens se tanquam sit deus. Nam sicut supra diximus. in ciuitate Babilonie natus. Hierosolimam ueniens circumcidet se dicens Iudeis. Ego sum Cristus uobis repromissus. qui ad salutem uestram ueni. ut uos qui dispersi estis congregem et defendam. Tunc confluent ad eum omnes Iudei. existimantes se deum suscipere. sed suscipient diabolum. Siue etiam in templo dei sedebit anticristus. id est in sancta ecclesia. omnes Cristianos cupiens facere martyres. et eleuabitur et magnificabitur. quia in ipso erit caput omnium malorum diabolus. qui est rex super omnes filios superbię.

Sed ne subito et inprouise anticristus ueniat. et totum simul humanum genus suo errore decipiat et perdat. ante eius exortum duo magni prophetae mittentur in mundum. Enoch scilicet et Helias. qui contra impetum anticristi fideles dei diuinis armis premunient et instruent eos et confortabunt et preparabunt electos ad bellum docentes et predicantes tribus annis et dimidio. Filios autem Israel quicunque eo tempore fuerint inuenti. hi duo magni prophetę et doctores ad fidei gratiam conuertent. et a pressura tanti turbinis

insuperabiles reddent. Tunc implebitur quod scriptura dicit. Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris. reliquię saluę fient. Postquam ergo per tres annos et dimidium predicationem suam conpleuerint. mox incipiet excandescere anticristi persecutio. et contra eos primum anticristus sua arma corripiet. eosque interficiet. sicut in apocalypsi dicitur. Et cum finierint inquit testimonium suum bestia quę ascendit de abysso faciet aduersus eos bellum. et uincet eos et interficiet illos. Postquam isti duo interfecti fuerint. inde cęteros fideles persequens aut martyres eos gloriosos faciet. aut apostatas reddet. Et quicunque in eum crediderint. signum caracteris eius in fronte accipient.

Sed quia de principio eius diximus. quod restat de fine dicamus. Hic itaque anticristus diaboli filius et totius malitię artifex pessimus cum (*l.* tum) per tres annos et dimidium sicut predictum est magna persecutione totum mundum uexabit. et omnem populum dei uariis pęnis cruciabit. Postquam ergo Heliam et Enoch interficiet et cęteros in fide permanentes martyrio coronabit. ad ultimum ueniet ira dei supra illum sicut beatus Paulus scribit dicens. Quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Siue dominus Iesus interfecerit illum potentia uisionis suę siue archangelus Michahel interfecerit illum. per uirtutem domini nostri occidetur. non per uirtutem cuiuslibet angeli aut archangeli. Tradunt autem doctores quod in monte Oliueti anticristus occidetur in papilione et in solio suo in illo loco contra quem dominus ascendit in cęlum. Debetis autem scire quia postquam fuerit anticristus occisus. non statim ueniet dies iudicii. nec statim ueniet dominus ad iuditium. sed sicut ex libro Danielis intellegimus. XL dies concedet electis ut agant pęnitentiam propterea quia seducti sunt ab anticristo. Postea uero quam hanc pęnitentiam expleuerint. quantum temporis spacium fiat quousque dominus ad iuditium ueniat. nullus est qui sciat. sed in dei dispositione manet. qui ea hora seculum iudicabit. qua ante secula iudicandum esse prefixit. AMEN.

ABFERTIGUNG
VON DEM VON BERINGEN.

Docen im museum für altdeutsche literatur und kunst 1, 137 '*Der von Beringen. in einer handschrift von* 1347 *finden sich von*